



VII
POMP.
99
INCUNABULI
L
6
7
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze

















RBIS SITVM DICERE ag-
gredior impeditū opus & fa-
cundiæ minime capax. Cōſtat
eĩm fere gētiū locorūq; nomi
nibus & eoꝝ perplexo ſatis or
dine: quē perſequi lōga ē magis q̄ benigna
materia: Veꝝ aſpici tamē cognoſciq; digniſ
ſimum: & quod ſi non ope ĩgenii orantis: at
ipſa ſui cōtēplatione preciū opere attēdenti
um abſoluat. Dicā autem alias plura & exa
ctius: Nunc autē ut quæq; erunt clariſſima
& ſtrictim: ac primo quidē quæ ſit forma to
tius: quæ maxime partes: quo ſingulæ modo
ſint: utq; habitentur expediā. Deinde rurſus
oras omnium & littora ut intra extraq; ſunt
atq; ut ea ſubit: ac circūluit pelagus: additis
q; in natura regionum incolarumq; memo
randa ſunt. Id quo facilius ſciri poſſit at
que accipi paulo altius ſumma repetetur.
Omne igitur hoc quicquid eſt: cui mundi

a



cæliq; nomē īdidimus unū idest:& uno am
bitu se cūctaq; amplectitur partibus differt
Vnde sol oritur oriens nūcupatur:aut ortus
quo demergitur.occidēs uel occasus qua de
currit.meridies ab aduersa parte.septentrio:
huic medio terra sublimis cingitur undiq;
mari:eademq; in duo latera quæ hemispæ-
ria nominantur ab oriente diuisa ad occasū
zonis quinq; distinguitur:mediam æstus in
festat frigus ultias. Reliquæ habitabiles pa-
ria agūt anni tempora:ue℞ non pariter. Anti
chthones alterā:nos alterā īcolimus. Illius si
tus ob ardorem intercedentis plagæ incogni
tus huius dicēdus est. Hæc ergo ab ortu por
recta ad occasum:& qa sic iacet aliquāto q̄
ubi latissima est longior/ambitur oīs oceano
quattuorq; ex eo maria recipit: unū a septē-
trione:a meridie duo:quartū ab occasu. Su-
is locis illa referētur. Hoc primū angustum
nec amplius decē milibus passuū patens ter
ras aperit atq; intrat. Tum longe lateq; dif-
fusū abigit uaste cædentia littora hisdēq; ex

diuerso prope coeuntibus adeo in arctũ agi
tur:ut minus mille passibus pateat. Inde se
rursus:sed modice admodũ laxat rursuq;
etiam q̃ fuit artius exit in spacium. Quo cũ
est acceptum ingens iterum & magno & pa
ludi cæterum exiguo ore coniũgitur. Id om
nẽ qua uenit:quaq; dispargitur uno uocabu
lo nostrũ mare dicitur: Angustias introitũq;
uenientis nos fretum græci πορθμος appel
lant. Qua diffunditur alia aliis locis cogno-
mina acceptat. Vbi primum se coartat helle
spontus uocatur. Propontis ubi expãdit ubi
iterũ pressit thracius Bosforus ubi iterũ effun
dit põtus Euxinus qua paludi cõmittitur Ci
merius Bosforus palus ipsa Meotis. hoc ma
ri & duobus ĩclitis amnibus tanai & nilo: In
tres partes uniuersũ diuiditur. Tanais a sep
tẽtrione ad meridiem uergẽs in mediam fe-
re meotidam defluit & ex diuerso nilus ĩ pe
lagus. Quod terrarũ iacet a freto ad ea fluia
ab altero latere Africam uocamus ab altero
Europen ad nilum africã ad tanaĩ europen:

Asia

Eous
Indicus
Scythicus } ocean[us]

Vltra quicquid est asia est. Tribus hãc e partibus tangit oceanus ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente. a meridie Indicus a septentrione scythicus. Ipsa ĩgenti ac perpetua fronte uersa ad orientem tantum ibi se ĩ altitudinem effundit: quãtum Europe & africa & quod ĩter ambas pelagus immissum ẽ. Inde cum aliquatenus solida precessit ex illo oceano quem ĩdicum diximus arabicum mare & persicum: ex scythico caspium recipit: & ideo qua recipit ãgustior. Rursus expãditur & fit tã lata q̃ fuerat. Deinde cum iam in suum finem aliarumq; terrarum confinia deuenit media nostris æquoribus excipitur. reliqua altero cornu pergit ad nilũ altero ad tanaĩ. Ora eius cum alueo nili amnis ripis descendit in pelagus: & diu sicut illud ĩcedit ita sua littora porrigit. Deinde fit uenienti obuiam & primum se ingenti ambitu incuruat post se ingenti fronte ad hellespontĩcum fretum extendit: ab eo iterũ obliquat ad bosphorũ iterumq; ad põticũ latus curua aditũ

Arabicu[m]
Persicu[m]
Caspiu[m] } maria

mæotidos transuerso margine attingit Ipsa gremio ad Tanain usq; cōplexa sit ripa: qua Tanais est. In ea primos hominū accipimus ab oriēte Indos & Seres & Scythas. Seres media. ferme eoæ partis incolunt. Indi ultima. ambo late patentes neq; in hoc tantum pelagus effusi. Spectāt etiam meridiē indi orāq; indici maris: nisi q̄ æstus inhabitabilem efficiunt: diu continuis gentibus occupant. Spectant & septentrionem Scythæ ac littus scythicum: nisi unde frigoribus arcētur usq; ad caspium sinum possident. Indis proxima est Ariane. Deinde Aria & Cedrosis & persis ad sinum persicum. hunc populi persarum ābiunt. illum alterum arabes ab his: quod ī africam restat æthiopum est. Illic caspiani scythis ꝓximi sinū caspiū cīgūt. Vltra Amazones ultraq; eas hyperborei ēē memorantur. Interiora terraꝝ multæ uariæq; gētes hītāt gādari: & pariāi: & bactri: susiani: pharmacotrophi: cōare: coamāi: rophāes. Dacæ sup scythas scythaꝝq; deserta ac sup caspium sinū

Tanais
Seres
Indi
Scythae
Ariane
Aria
Cedrosis
Persis
Persae
Caspiani
Arabes
Amazones
Hyperborei
Gandari
Pariani
Bactri
Susiani
Pharmacotrophi
Comare
Coamani
Rophanes
Dacae

Comari. Masagetæ. Cadusi. Hircani Hiberi
super Amazonas & Hyperboreos. Cimerii
Cissi. Antiachæ. Georgili. Moschi. Corsitæ
Phoristæ. Riphaces: atq; ubi in nostra maria
tractus excedit. Mati. ātibarani & notiora iā
nomina. Medi. armeni: comageni: Murrani
Vegeti: Cappadoces. Græci. Lycaones. Phry
ges. persæ. Isauri. Lydi. Syrocilices Rursus ex
his quæ meridiem spectant: eædemq; gētes
interiora littora usq; ad sinum persicum. su
per hunc sunt parthi & Assyrii: super illū alte
rum Babylonii: & super Aethiopas ægypti ri
pis Nili amnis & mari proxima iidem ægi
ptii possident. deinde arabia angusta fronte
sequētia littora attīgit: ab ea usq; ad flexum
illum: quem supra retulimus Syria. & ī ipso
flexu cilicia: extra autem lycia & pamphylia
caria. ionia. æolis troas usq; ad hellespōtū
ab eo bithyni sunt ad thracium bosphorum
circa pontum aliquot populi alio, alioq; fi
ne omnes uno nomine pontici dicuntur.
ad lacum mæotici: ad Tanaï Sauromatæ

Comari
Massagetæ
Cadusi
Hircani
Hiberi
Cimmerii
Cissi
Antiachæ
Georgili
Moschi
Corsitæ
Phoristæ
Riphaces
Mati
Antibarani
Medi
Armeni
Comageni
Murrani
Vegeti
Cappadoces
Græci
Lycaones
Phryges
Persæ
Isauri
Lydi
Syrocilices
Parthi
Assyrii
Babylonii
Aegyptii
Arabia
Syria
Cilicia
Lycia
Pamphylia
Caria
Ionia
Aeolis
Troas
Bithyni
Pontici
Mæotici
Sauromatæ

EVROPAE DESCRIPTIO

Europa

Europa terminos habet ab oriente Tanain & mæotida & pontum. a meridie reliqua nostri maris. ab occidente atlanticum. a septentrione britannicum oceanũ. Ora eius forma littorum Tanai ad hellespontum: quia ripa est dicti amnis: quia flexum paludis ad ponticum redigit: quia propontidi & hellespõto latere adiacet contrariis littoribus Asiæ non opposita modo: uerũ etiam similis est. Inde ad fretum nunc uaste retracta: nunc prominens tres maximos sinus efficit: totidẽq; ĩ altũ se magnis frontibus euehit. Extra fretum ad occidẽtẽ ĩæqualis admodũ præcipue media procurrit ad septentrionẽ: nisi ubi semel iterũq; grãdi recessu abducitur: pene ut directo limite extenta est. Mare quod primo sinu accipit ægeũ dicitur. Quod sequẽti ĩ ore Ionium hadriaticum interius: Quod ultĩos tuscũ: quod graii Tyrrhenũ perhibẽt. gẽtium prima est scythia alia quã dicta ẽ a tanai media ferme pontici lateris. hinc in ægei

Aegeum mare
Ionium
Adrianum
Tuscum
Tyrrhenum
Scythia

Illiris
Italia
Gallia
Hispania

partem continens thraciæ ac macedoniæ ad iungitur. Tum græciæ prominet. ægeũq; ab Ionio mari dirimit. Adriatici illyris occupat inter ipsum adriaticum & tuscum Italia pro currit. In tusco intimo gallia est. Vltra hispa nia est. hec in occidẽtem diuq; etiam ad sep tentrionem diuersis frontibus uergit. Deĩde rursus gallia est longe & a nostris littoribus huc usq; promissa ab ea Germãi ad Sarma tas porriguntur: illi ad Asiam.

Africa

AFRICAE DESCRIPTIO

Africa ab orientis parte nilo terminata pela go a cæteris breuior ẽ quidem q̃ Europa: qa nec usquam asiæ & nõ totis huius littoribus obtenditur. Longior tamen ipsa q̃ latior: & qua ad fluuium attingit latissima: Vtq; in de procedit: ita media præcipue. in iuga ex urgens pergit in curua ad occasum: fastigi atq; se molliter: & ideo ex spacio paulatim adductior. Vbi finitur ibi maxime angusta est. Quantum incolitur eximie fertilis. Ve rum q; plæraq; eius inculta: & aut harenis

sterilibus obducta: aut ob sitim cæli terra-
rumq; deserta sunt: aut infestantur multo ac
malefico genere animalium: uasta est magis
q̃ frequens. Mare quo cingitur a septentrio-
ne libycum: a meridie æthiopicum: ab occi-
dente athlanticum dicimus. ab ea parte quæ
libyco adiacet proxima Nilo prouintia quã
Cyrenas uocant. Deinde cui totius regionis
uocabulo cognomen inditum est Africa.
Cætera Numidæ & mauri tenent: sed mauri
in athlanticum pelagus expositi ultra Cigri
tæ sunt & carusii: usq; ad æthiopas. hi & reli
qua huius & totum latus quod meridiem
spectat usq; in asiæ confinia possidet. At su
per ea quæ libyco mari abluũtur libyes ægip
tii sunt: & leucoæthiopes: & natio frequens
multiplexq; getuli. Deinde late uacat re
gio perpetuo tractu inhabitabilis: Tum
primos ab oriente garamantas. post augi
las & troglodytas & ultimos ad occasum
athlantas audimus. Intra si credere li-
bet uix iam homines magisq; semiferi

Lybicu Aethiopicu Athlanticu maria
Cyrene
Africa
Mauri
Numidae
Cigritae
Carusij
Leucoæthiopes
Getuli
Garamantes
Augylas
troglodytas
Atlante

Aegipanes
Blemmiae
Gampasantes
Satyri

ægipanes & blemmiæ & gampaſantes & ſa-
tyri ſine tectis paſſim ac ſedibus uagi habẽt
potius terras quam habitent. Hæc ſũma no
ſtri orbis. hæ maximæ partes. hæ forme gen-
teſq; partium. Nunc exactius oras ſituſq; di
cturo; Inde eſt commodiſſimum ĩcipere: un
de terras noſtrum pelagus ingreditur. Et ab
his potiſſimũ quæ influenti dextra ſunt. Deĩ
de ſtringere littora ordine quo iacent pera-
gratiſq; omnibus: quæ mare attingunt: lege-
re etiam illa quæ cĩgit oceanus donec curſus
incepti operis intra extraq; circunuectus or
bem illuc: unde cœperat redeat.

PARTICVLARIS AFRICAE deſcriptio

hiſpania
Mauritania
Muluca
Ampelusia pro.
Specus herculi sacer

Dictum eſt athlanticum eſſe oceanum: qui
terras ab occidente contingeret. hinc ĩ noſtꝝ
mare pergentibus læua hiſpania: mauritaĩa
dextra ẽ. Primæ partes ille Europæ. hæ Afri
cæ. eius oræ finis muluca caput atq; exordiũ
eſt promontorium: quod græci ampelu-
ſiam: afri aliter ſed idem ſignificante uo-
cabulo appellant. In eo eſt ſpecus Herculi

6

ſacer & ultra ſpecum Tĩge oppidum perue
tus ab Antæo: ut ferunt conditum: extat rei ſi
gnum parma elephantino tergore execto in
gens: & ob magnitudinem nulli nunc uſuro
habilis: quam locorum accolæ ab illo geſta-
tam pro uero habent traduntq;: & inde exi-
mie colunt. Deinde eſt mons præaltus ei: quẽ
ex aduerſo hiſpania attolit obiectus. hũc abi
lam: illum calpen uocant. colunnas herculis
utrunq;. addit fama nominis fabulam Her-
culem ipſum iũctos olim perpetuo iugo di
remiſſe coles: atq; ita excluſum mole monti
um oceanum: ad quem nunc inũdat admiſ
ſum. Hĩc iam mare latius funditur: ſummo
taſq; uaſtius terras magno impetu inflectit.
Cæterum regio ignobilis: & uix quicquam
illuſtre ſortita paruis oppidis habitatur. par
ua flumina emittit: ſolo q̃ uiris melior: & ſe-
gnicie gentis obſcura. Ex his tñ: quæ com
memorare non piget Montes ſunt alti: qui
continenter & quaſi de induſtria i ordinem
expoſiti ob numerum ſeptẽ ob ſimilitudinẽ

Tinge op.

Abila mons

Calpe

Columnae herculis

Septem fratres montes

fratres uocantur. Tum uada fluuius & rusigada & siga paruæ urbes: & portus: cui magno est cognomen ob spacium. Malaca ille quem diximus: amnis est ingétium olim regnorum terminus Bocchi Iugurthæq;. ab eo Numida ad ripas exposita fluminis ampsaci spacio quidem q̃ mauritania angustior ē: Verum & culta magis & ditior. urbium quas habet maximæ sũt cirtha procul a mari: nunc Sicianorum colonia quondam regum domus: & Siphacis cum foret opulentissima. Iola ad mare aliquando ignobilis: Nnnc quia iubæ regia fuit: & quod cæsarea uocitatur illustris. Citra hanc: nam in medio ferme littore sita est: Cartinna & Arsinna sũt oppida & Ampsa castellum & laturus sinus & sardabale fluuius ultra monumentum cõmune regiæ gentis. Deinde Icosium Ruthisia urbes effluentes inter eas Ancus & Nabar: aliaq; quæ taceri nullum rerum famæ ue dispendium est. Interius & longe satis a littore: si fidem res capit mirum ad-

Vada. fl.
Rusigada
Siga
Magnus portus.
Malaca
Numidia
Ampsacus fl.
Cirtha
Iola
Cæsarea
Cartinna
Arsinna
Ampsa
Laturus sinus
Sardabale fl.
Icosium
Ruthisia
Ancus fl.
Nabar fl.

Bocchus
Iugurtha

modum ſpinæ piſcium: muricum oſtrearũq; fragmenta: ſaxa attrita: uti ſolent fluctibus & non differentia: marinis infixæ cautibus anchoræ: Alia & huiuſmodi ſigna atq; ueſtigia effuſi olim uſq; ad ea loca pelagi in cãpis nihil alentibus eſſe inueniriq; narrantur.

Regio quæ ſequitur a promõtorio Metagonio ad aras philenorum proprie nomẽ Africæ uſurpat. In ea ſunt oppida hippo regius & Ruſicade & Tabraca Deinde tria promõtoria. candidum. apollinis mercurii uaſte p̃iecta in altum duos grandes ſinus efficiunt hipponenſem uocãt & proximum ab hippone diarico quod littori eius appoſitum ẽ. In altero ſunt caſtra lælia. caſtra cornelia. flumẽ Bragada. Vtica: & Carthago. ambæ inclitæ: ambæ a phoenicibus cõditæ. Illa fato Catonis inſignis. hæc ſuo: nunc populi romani colonia: olim imperii eius pertinax æmula. Iam quidem iterum opulenta: etiam non tam priorum excidio rerum quam ope preſentium clarior. hadrumetum Leptis

Metagonium prom.
Philenorum arae.
Hippo regius op.
Rusicade
Tabraca
Candidum prom
Apollinis prom
Mercurii prom.
Hipponensis sinus
Bagrada fl.
Utica
Carthago
Castra Lelia
Castra Cornelia
Hadrumetum
Leptis

Clupea.
Habromacte
Phyrettteapolis
Syrtis.

Clupea.habromacte.phyreneapolis. hic ad syrtim adiacēt:ut iter ignobilia celeberrimæ Syrti sinus est centum fere milia passuum: qua mare accipit:patens trecenta:qua cingi tur uerum importuosus atq; atrox:& ob ua dorum frequentium breuia magisq; etiā ob alternos motus pelagi affluentis & refluen tis infestus.

Triton fl.
Tritonis palus
Tritonia pallas.

Super hūc ingens palus amnem Tritona recipit.ipsa Tritonis:Vnde & Mi neruæ cognomen inditum est:ut incolæ ar bitrantur ibi genitæ.faciuntq; ei fabulæ ali quam fidem : quod quem natalem eius pu tant ludicris uirginum inter se decertātium celebrāt.

Oza op.
Cinyphs.
Leptis

Vltra est oza oppidum & cinyphs fluuius per uberrima arua decidens:Tū lep tis altera & syrtis nomīe atq; ingenio par pri ori.Cæterum altero fere spacio qua dehiscit quaq; flexum agit: amplior eius promonto

Borion prom.
Lotophagi
Philenorum aræ.

rium est borion: ab eoq; incipiēs ora quā lo thophagi tenuisse dicuntur usq; ad phicōta & id promontorium est in portuoso littore: pertinēt aræ ipsæ nomē ex phylenis fratribus

traxere: qui contra cireneicos missi Car-
thagine ad dirimendum conditione bellū
diu iam de finibus & cum magnis āborū
cladibus gestū: postq̄ ī eo quod cōuenerat
non manebatur: ut ubi legati concurrerant
certo tēpore utrinq; dimissi: ibi termini sta
tuerentur: pacti de integro ut quicquid ci-
tra ēēt: popularibus cæderet: mirum & me
moria dignissimū facinus hic se uiuos ob-
rui pertulerūt. Inde ad catabatmon cyrene
ica prouītia ē: in eaq; sunt hāmonis oracu
lum fidei inclitæ & fons quē solis appellāt
& rupes quædā austro sacra. hæc cum ho
minum māu attigitur ille īmodicus exur
git arenasq; quasi maria agēs sic sæuit ut
fluctibus. fons media nocte feruet mox &
paulatī tepescens fit luce frigidus: tunc ut
sol surgit ita frigidior subīde per meridiē
maxime riget sumit deīde tepores iterum
& prima nocte calidus atq; ut illa proce-
dit ita calidior rursus cū ē media pferuet
in littore. promontoria sunt Zephyron &

Cirenaica regio
Ammonis templum
fons solis

Zephiron

Nausthatmos
Paretonius port
Hesperia
Apollonia
Ptolomais
Arsinoe.
Cyrene.
Catabatmos.
Mapalia

naustathmos portus paretonius: Vrbes hesperia apollonia ptholomeis. Arsinoe atq; unde terris nomen ē ipsa Cyrene. Catabatmos uallis deuexa ī ægiptum finit africā. Oræ sic hītantur ad nostrꝝ maxime ritum moratis cultoribus nisi ꝙ quidā līguis differunt & cultu deorum quos patrios seruant ac patrio more uenerantur. Proximis nullæ qdem urbes stant. tamen domicilia sunt quæ Mappalia appellantur: uictus asper & mundiciis carēs primores sagis uelātur: uulgus bestiarꝝ pecudumq; pellibus humi qes æpulæq; capiuntur. Vasa ligno fiunt aut cortice. potus ē lac succusq; baccarꝝ. cibus ē caro plurimū ferina. (nā gregibus qa id solū optimū ē quo ad pōt parcitur). Interiores etiā īcultius sequūtur uagi pecora: utq; a pabulo ducta sunt: ita se ac tuguria sua promouēt atq; ubi dies deficit ibi noctem agunt q̄q̄ in familias passim & sine lege dispersi: nihil in commune consultant: tamen quia singulis aliquot simul

cõiuges & plures ob id liberi agnatiq; sũt nusquã pauci. Ex his qui ultra deserta esse memorantur athlantes solem execrantur: & dũ oritur & dũ occidit ut ipsis agrisq; pestiferum. Nomina singuli nõ habent nõ uescuntur animalibus neq; illis inquiete qualia cæteris mortalibus uisere datur. trogoditæ nullarum opũ domini: strident magis q̃ loquuntur. specus subeunt aluntrq; serpentibus. Aput garamantas etiã armenta sunt ea quæ obliqua ceruice pascuntur. Nam pronis directa in humum cornua officiunt. nulla certa uxor est: ex his qui tam cõfuso parentum coitu passim ĩcertiq; nascuntur: quos pro suis colant formæ similitudine agnoscunt. Angilæ manes tãtũ deos putãt: per eos deierãt: eos ut oracula cõsulunt praecatiq;: quæ uolunt ubi tumulis ĩcubuere pro responsis ferunt somnia. Fœminis eorũ solẽne ẽ nocte qua nubũt omniũ stupro patere: qui cũ munere aduenerĩt & tũ cũ plurimis concubuisse maximũ

Athlantes

Troglodite

Angile

Campsantes.
Blemini
Satyri
Aegipanes.
Asia
Aegyptus.
Nilus fl.
Meroe
Astabores.

decus/in reliquum pudicicia insignis est. Nudi sunt gamphasãtes armorũq; omniũ ignari nec uitare sciunt tela nec iacere ide oq; obuios fugiunt neq; aliorũ q̃ qbus idẽ igenii est aut congressus aut colloquia patiuntur. blemiis capita absunt uultus in pectore est. Satyris præter effigiem nihil humani. ægipanumquæ celebratur ea forma ẽ. Hæc de africa.

ASIAE DESCRIPTIO PARTIcularis

Asiæ prima pars ægyptus inter catabatmon et arabas ab hoc littore penitus ĩmissa donec ethiopiam dorso contĩgat ad meridiem refugit terra expers imbriũ: mire tamẽ fertilis et hominum aliorũq; animalium perfecunda generatrix: nilus efficit amnium in nostrum mare permeãtiũ maximus. hic ex desertis africæ missus nec statim nauigari facilis nec statim nilus ẽ: et cum diu simplex seuusq; descẽdit circa Meroen late parentem insulã ĩ æthiopiã diffunditur: alteraq; parte astabores altera

a ſtape dictus ẽ:ubi rurſus coit ibi nomen hoc capit Inde partim aſper partim naui gia patiens in immanem lacum deuenit: ex quo præcipiti impetu egreſſus & taléſo alteram iſulam amplexus uſq; ad elephã tilẽ urbem ægyptiã atrox adhuc feruenſq; decurrit. Tum demum placidior & iã pe-ne nauigabilis: primum iuxta Certaſorũ oppidum triplex eſſe incipit. Deĩde iterũq; diuiſus ad deltam & ad melin it per om-nẽ ægyptum uagus atq; diſperſus ſeptẽq; in ora ſe ſcindẽs ſingulis tamẽ grãdis euol uitur. Non pererrat autem tantum eã ſed æſtiuo ſydere exundãs etiam irrigat: adeo efficacibus aquis ad generãdum alẽdũq; ut præter id quod ſcatet piſcibus qđ Hip potamos Cocodrilloſq; uaſtas belluas gi-gnit glebis etiã infundat animas ex ipſaq; humo uitalia effingat. hoc eo manifeſtum eſt: quod ubi ſedauit diluuia: ac ſe ſibi red didit per humẽtes cãpos quædã nondum perfecta aĩalia: ſed tum primũ accipiẽtia

Aſtape

Elephantis

Certaſora

spiritum & ex parte iam formata ex parte adhuc terrena uisuntur. Crescit porro: siue quod solutæ magnis æstibus niues ex immanibus æthiopiæ iugis largius q̃ ripis accipi queãt: defluunt: siue ꝙ sol hyeme terris propior & ob id fontẽ eius minuẽs tunc altius abit: sinitq; integrũ: & ut est plenissimus surgere siue ꝙ per ea tempora flãtes ethesiæ aut actas a septentrione in meridiẽ nubes super principia eius imbræ præcipitant: aut ueniẽti obuiæ aduerso spiritu cursum descendentis impediunt: aut harenis quas cũ fluctibus littori applicant: hostia obducunt: fitq; maior: uel ꝙ nihil ex semet amittit: uel quod plus quam solet accipit: uel ꝙ minus quam debet emittit. Quod si est alter orbis: sũtq; oppositi nobis a meridie Antichthones ne illud quidem a uero nimium abscesserit in illis terris ortum amnẽ: ubi subter maria cæco alueo penetrauerit ĩ nostris rursus emergere: & hac re solsticio accrescere: tũ hyeme sit ũde oritur

Causa incrementi Nili

Chemnis

Piramides

Moeris

Psaminethas

Labyrinthus

Alia quoq; in his terris mira sunt. In quo-
dam lacu Chemnis ĩsula lucos siluasq; &
apollinis grande sustinẽs templum natat:
& quocunq; uenti agunt pellitur. Pirami-
des tricenum pedum lapidibus extructæ:
quarum maxima (tres nanq; sunt) quattu-
or fere soli iugera: quæ sede occupat toti-
dem ĩ altitudinẽ erigitur. Moeris aliquan
do cãpus nũc lacus uigĩtimillia passuum
ĩ circuitu patẽs: altior quam ad nauigãdũ
magnis onustisq; nauibus satis ẽ. Psamine
tiæ opus Labyrinthus domos mille & regi
as duodecim perpetuo parietis ãbitu am-
plexus marmore extructus ac tectus unũ
in se descensum habet: intus pene innume
rabiles uias multis ambagibus huc & illuc
remeantibus: sed continuo anfractu & se-
pe ĩuocatis porticibus ancipites: qbus sub-
inde alium super alios orbem agentibus
& subinde tantum redeunte flexu quantũ
processerat: magno & explicabili tamen er
rore perplexus ẽ. Cultores regionũ multo

aliter a cæteris agunt. mortuos fimo obliti plāgunt nec cremare aut fodere fas putāt uerum arte medicatos intra penetralia col locant. Suis litteris peruerse utuntur lutū inter manus farinam calcibus subigunt. Fo℞ ac negocia fœminæ uiri pensa ac domus curāt: onera illæ humeris: hi capitibus accipiunt. parētes cum egēt illis necesse ē his liberum est alere: cibos palam & extra sua tecta capiunt. obscena intimis ædium reddunt. colunt effigies multorum aīalium atq; ipsa magis animalia: sed alii alia: ideo ut quædā eo℞ etiam per īprudētiam interemisse capitale sit & ubi morbo aut forte extincta sint sepelire ac lugere solenne sit. Apis populo℞ omnium numen est. Bos niger certis maculis insignis & cauda linguaq; dissimilis aliorum. raro nascitur nec coitu pecoris ut aiunt: sed diuinitus & cælesti igne conceptus diesq; quo gignitur genti maxime festus est. Ipsi uetustissimi ut prædicāt hominum trecētos & triginta

Apis. Bos niger

reges ante Amasim:& supra tredecī multum annorum ætates certis ānalibus referunt mādatumq3 litteris seruant dū ægyptii sunt quater cursus suos uertisse sydera ac solem bis iā occidisse unde nunc oritur uiginti millia urbium amasi regnante hītarunt & nunc multas habitant. Earum clarissimæ procul a mari Says: Memphys: Syene: Bubastis: Elephantin & Thebæ utiq3 ut homero dictum ē cētum portas siue ut alii aiunt centum aulas habet totidem olī principium domos: solitasq3 singulas ubi negocium exegerat: dena armatorꝝ milia effundere. In littore Alexandria africæ contermina Pelusium arabiæ ipsas oras secāt Canopicum: Volbiticum: Seueniticum: Pathameticum: Mēdesium: Cataputscum: Pelusiacum nili hostia.

DE ARABIA

ARABIA hinc ad rubrum mare pertinet sed illic magis læta & ditior thure atq3 odoribus abundat. hic nisi qua cassio mōte attollitur plana & sterilis portū admittit

Says.
Memphys
Syene
Bubastis
Elephantin
Thebæ
Alexandria
Pelusiu
Canopicū
Volbiticū
Seueniticū
Pathameticū
Mendesiu
Catapustium
Pelusiacum
nili ostia
Arabia

Azoti emporiu

azotum suarum mercium Emporiũ. Qua ĩ altum abit: adeo ædita ut ex summo uertice a quarta uigilia ortum solis ostendat.

Siria

DE SIRIA

Coele
Messapotamia
Damascene.
Adiabene.
Babilonia
Iudea
Colophone.
Palestina regio
Antiochia

SIRIA late littora tenet terrasq; etiam latius introrsus aliis aliisq; nuncupata nominibus. Nam & Cœle dicitur & Messapotamia & Damascene & Adiabene & Babilonia & Iudæa & Colophone. hic palestina ē: qua tãgit arabas cum phœnice & ubi se ciliciæ cõmittit. Antiochia olĩ ac diu potens. Sed cũ eã regno Semiramis tenuit lõge potẽtissima. operibus certe eius insignia multa sunt. duo maxime excellũt. cõstituta urbs miræ magnitudinis Babilon: ac sicis olim regiõibus Euphrates & tigris immissi. Cæterũ in Palestina ē ingẽs & munita admodum Gaza sic persæ ærarium uocant: & inde nomen est: quod cum cambyses armis ægyptum peteret huc belli & opes & pecuniã intulerat. Est non minor Aschalon. est Iope ante diluuium: ut ferũt

Babilon
DE Palestina
Gaza.
Camboyses.
Aschalon.
Iope

condita: ubi Cephea regnasse eo signo aco
læ affirmant: qđ titulum eius fratrisq; phi
nei ueteresq; clamare cum religiōe pluriā
retinent quin etiam rei celebratæ carmini
bus ac fabulis seruatæq; a Perseo Andro
medæ clarū uestigiū belluæ marinæ ossa ī
mania ostētant Phœnicē illustrauere phœ
nices solers hominum genus & ad belli pa
cisq; munia eximium: litteras & litterarū
operas aliasq; etiam artes: maria nauibus
adire: classe confligere: imperitare gētibus
regnum præliumq; cōmētiri in ea ē Tyros
aliquando insula nunc annexa terris defe
cit: quod ab impugnante quōdā Alexādro
iacta opera uici tenent ulteriora & adhuc
opulēta sydon āte q̄ a persis caperetur ma
ritimarū urbiū maxīa. ab ea ad ꝑmontori
um Euprosopon duo sunt oppida Bubos
& Bacthros ultra tria fuerūt sigulis īter se
stadiis distātia locus ex nuēro tripolis dici
tur. Tū Smyrna castellū & urbs nō obscu
ra marathos. īde iā ñ obliq̄ pelago sed ad

Delphonia
Phenices
Tyros
Sydon
Bubos
Bacthros op.
Tripolis
Smyrna
Marathos.

uersa adiacens asia grandem sinum īflexo tractu littoris accipit. populi dites circunsi dent situs efficit: quia regio fertilis crebris & nauigabilis alueis fluminum peruia di uersas opes maris atq; terrar facili cōmer tio permutat ac miscet. In eo prima est re- liqua pars syriæ cui Anthiochiæ cognom̄ additur: & in ora eius urbes Seleutia: Hip patos: Beritos: Laodicea. arosos ānesq; īter eas eunt lithos & hyppatos & Orontes. Tū mons Amanus & ab eo statī myriādros & cilices. At in recessu intimo locus ē magni aliquando discriminis fusorum ab Alexā dro persarum fugientisq; Darii spectator ac testis. Nunc ne minima quidem tūc in genti urbe celebris issos fuit & hac re sinus issicus dicitur. procul inde amynodes pro montorium inter pyramum cydnūq; flu- uios iacet. Pyramus isso prior malosē præ terfluit. Cydnus ultra per tharsum exit. De īde urbs est olim a rhodiis argiuisq;]post pyratis Pompeio assignante posessa nunc

Pompeiopolis tunc soloe. Iuxta in paruo tumulo Arati poetæ monimētum ideo referendum quia ignotum quā ob causā iacta in id saxa dissiliunt. Non longe hīc coricos oppidum portu saloq; incīgitur angusto tergore continēti adnexum. Supra specus est nomine coricius singulari īgenio ac supra quā ut describi facile possit eximius. Grandi nanq; hiatu patens montem littori appositum: & decem stadiorum cliuo satis arduum ex summo statī uertice aperit. Tunc alte demissus & quātum demittitur āplior uiret lucis pubentibus undiq; & totum se nemoroso laterꝶ orbe complectitur adeo mirificus ac pulcher ut mētes accedētium primo aspectu cōsternat: ubi contēplari durauere non satiat. Vnus ī eū descensus est angustus asper quingentorꝶ et mille passuū per amēas umbras et opaca siluæ quidam agreste resonantis riuis hinc atq; illinc fluuitantibus. Vbi ad ima peruētum est rursus specus alter aperitur

Pompeiolis Soloe.
Arati sepulchrum
Coricos op
Coricius specus.

ob alia dicendus. Terret ingredientes soni
tu cymbalorum diuinitus & magno fragore
crepitãtium. Deĩde aliquãdiu perspicuus
mox & quo magis subitur obscurior ducit
ausos penitus alteq; quasi cuniculo admit
tit: Ibi ĩgẽs amnis ĩgẽti fronte se extollẽs
tantummodo se ostendit & ubi magnum
ĩpetum breui alueo traxit iterum demersus
absconditur. Intra spacium est magis q̃ ut
progredi quisquã hausit horribile & ideo
incognitum. Totus autem angustus & ue-
re sacer habitariq; a diis & dignus & credi
tus nihil nõ uenerabile & quasi cũ aliquo
numine se ostentat. Alius ultra ẽ quem ty
phoneum uocãt ore ãgusto & multum ut
expti tradidere pressus & ob id assidua no
cte suffusus neq; unquam perspici facilis:
sed quia aliquando cubile typhonis fuit &
qa nunc demissa in se confestim exanimat
natura fabulaq; memorãdus. Duo deinde
ꝓmontoria sunt Sarpedon finis aliquãdo
regni sarpedõis: & quod ciliciã a pãphilia

Typhoneus sinus

Sarpedõ, ꝓm.

distinguit anemurium interq; ea cetandaris & natidos samiorum coloniæ. Sed cetādaris sarpedoni propior. In pāphilia ē melas nauigabilis fluuius oppidū Sida & alter fluuius Eurymedon magna apud eum Cymonis atheniēsium ducis aduersus phenicas & psas naualis pugna atq; uictoria fuit. Mare quo pugnatū ē ex edito admodum colle prospectat asperidos: quā argiui condiderāt possedere finitimi. Deinde alii duo ualidissimi fluuii œstros & carathes. œstros nauigari facilis. hic qa se præcipitat ita dictus. Inter eos perga est oppidum & dianæ quā ab opido pergeā uocāt tēplum. Trās eosdē mons Sardemisos & Phaselis a mopso cōdita finis pāphilie/ lycia cōtinuo cognomīata a Lyco rege pādionis filio atq; ut ferunt īfestata olī Chymere ignibus Sydæ portu & tauri ꝓmōtorio grādē sinū claudit. Taurus ipse ab eois littoribus exurgēs uaste satis attollitur. Deīde dextro latere ad septētrionē sinistro ad

Anemurium pro.
Cetandaris.
Natidos.
De Pamphilia
Melas fl.
Sida op.
Eurymedon
Aspendos.
Oestros
Carathes.
Perga op.
Pergea Dianae templum.
Sardemisos
Phaselis
De Lycia
Lycus rex
Chimera.
Syda
Taurus.

meridiem uersus ĩ occidentẽ rectus & per
petuo iugo magnaꝝq; gẽtium qua dorsũ
agit terminus ubi terras dirimit exit in pe
lagus. Idem autem & totus ut dictus ẽ di-
citur etiam qua spectat orientem: Deinde
hæmodes & caucasus & propanisus tũ ca-
spiæ pilæ/niphates & armenæ pilæ & ubi
iam nostra maria cõtĩgit taurus iteꝝ post
eius ꝓmontorium flumẽ ẽ lymira: & eodẽ
nomĩe ciuitas atq; ut multa oppida sic pre
ter pataram non illustria. Illã nobilẽ facit
delubrum appollinis quondam opibus &
oraculi fide delphico simile ultra est xan-
thus flumen & xanthos oppidum mõs gra
cius & quæ liciã finit urbs telmesos Caria
seqtur. hĩtatur ĩcertæ originis alii ĩdigẽas
sunt qui pelagos quidam cretas existimãt
genus usq; eo quondam armorũ pugnæq;
amans ut aliena etiã bella mercede ageret
hic castella aliquot sunt. Deĩde promonto
ria duo pedalion & citria & secũdum gal
brã amnem caunus oppidum ualitudine

Hæmodes.
Caucasus.
Propanisus
Caspiæ
Niphates.
Armenæ pilæ.
Lymira fl. & op.
Patara.
Patharis apollinis templum.
Xanthus fl. op.
Gracius
Thelmisus.
De Caria.

Pedalium, Citria prom.
Gallora fl.
Caunus op.

habitātiū ĭsame. inde ad alicarnaſſon hæc adiacent. rhodioꝝ aliquot coloniæ portus duo Gelos: & cui ex urbe quā āplectitur Thyſſamiſſa cognomen eſt ĭter eos oppidum Larumna & Pandion collis in mare emiſſus. tum tres ex ordine ſinus Thymnias Schenus: Bubeſius. Thymniæ promōtorium afrodigium ē. Schenus ābit hilā bubeſius cynotum cīdus in cornu pene inſulæ. Interq; eam & tetraticum ſinum ī receſſu poſita Entiana. Halicarnaſſos argiuoꝝ colonia ē: & cur memoranda ſit præter cōditores Mauſoleū efficit regis Mauſoli monimētum unum de miraculis ſeptē arthemiſie opus. Trās Halycarnaſſon illa ſunt littus Leuca urbes myndos arnāda neapolis. ſinus iaſus & baſilicus ī iaſo ē barcilos post baſilicum ionia aliquot ſe ābagibus ſinuat & primum a poſſideo ꝓmōtorio inflexum īcohās cīgit oraculum apollinis dictum olī bramatiæ nunc dydimii Mileuū urbē quōdā ioniæ totius belli paciſq; arti

Gelos.
Thyssamyssa
Larumna,
Pandion collis.
Thymnias
Schenus sinus
Bubesius
Afrodigium pro
Hila
Cynotus.
Cindus
Entiana
Halicarnassos.
Mausoli sepulchrum
Arthemisia
Leuca. Neapolis
Mindos Barcilos
Arnanda.
Iasius sinus.
Basilicus
De Ionia
Didimi apollinis olim Bramatiae oraculum.
Miletos urbs.

bus principem patriam Taletis astrologi & Thymothei musici & anaximādri phy- sici alioꝝq; ciuiū inclitis īgeniis merito In clitā ut cunq; Ioniā uocant urbem hyppin amnis meādri exitū Latmium mōtē endi mionis a luna ut ferūt adamati fabula no bilē. Deīde rursus inflexa cīgit urbē prienē & gesi flumīs hostiū moxq; ut maiore cir cuitu ita plura cōplectitur. Ibi ē pāsonum sacra regio & ob id eo nomīe appellata ꝙ eā cōmuniter iones colūt ibi a fugitiuis (ut aiunt) condita nomen famæ annuit phige ta. ibi Ephesus & dianæ clarissimū tēplū quod amazones asia potitæ cōsecrasse tra duntur. Ibi Caystros ānis. Ibi Lybedos Cla riiq; apollis fanum. quod Mantho tyresiæ filia fugiēs uictores thebanoꝝ Ephigonos & Colophon quam Mopsus eiusdem mā thos filius statuit ad ꝓmōtoriū quo sinus clauditur qđ altera parte aliū quē smyrne um uocāt efficit āgustisq; ceruicibus reliq̄ extendit in latius abit in pene insulæ faciē

ſuper anguſtias hinc ceos illinc clazome
na & quia terga agunt cõfinio adnexa ma
ri diuerſis frontibus diuerſa maria proſpe
ctant.in ipſa pene inſula ē Corina.in ſinu
ſmyrneo ē Termodon amnis & urbs Leu
ca extra phocis ioneæ ultimæ. Proxima
regio ex quo ab æoliis ĩcoli cœpit æolis fa
cta ante Myſia & qua helleſpontũ attĩgit
troianis poſſidentibus Troas fuit. Primã
urbem a Myrino conditore Myrinam uo
cãt:ſequētē Pelops ſtatuit uicto oenomao
reuerſus ex græcia. Zimon nomĩauit pul
ſis:qui habitarant dux amazonũ Zime:
ſupra Caicus inter eleam decurrit & Pyta
nē illã quæ archeſilam tulit nihil affirmã
tis achademiæ clariſſimũ antiſtitem. Tũ ĩ
promõtorio ē Cyna oppidũ: quod præter
uectos ſinus excipit nõ paruus:ſed lõge ac
moliter flexus retrahenſq; paulatim oras
uſq; ad ima mõtis idæ. Iſtmos paruis urbi
bus aſpſus ē:quarũ clariſſima ē Ciſtēa gre
mio ĩteriorī cãpus thebæ noīe adramytion

Crissa op.
Antandrum

Austrã Cryssam oppida eodẽ quo dicta sunt ordĩe adiacentia continẽt. In altero latere Antãdrum duplex causa nominis iactatur. Alii Ascanium Aenæ filium cum ibi regnaret captum a pelasgis ea se redemisse commemorãt. Alii ab his putãt conditã quos ex andro insula uix & seditio exegerat Antandrum quasi pro andro illi quasi ꝓ uiro accipi uolunt. Sequẽs tractus tãgit gargara & assona æthologꝝ colonias. Tum sinus alter Acaton limen non longe ab illo littora incuruat urbe bello excidioq; clarissima. Hic Sigeum fuit oppidum: hic achiuoꝝ fuit bellantiũ statio: Huc ab ideo mõte demissus Scamander exit & Simois fama quã natura maiora flumina. Ipse mõs uetere diuarum certamine & iudicio Paridis memoratus oriẽtem solem aliter q̃ in aliis terris solet aspicit. Ostẽtat nanq; ex sũmo uertice eius speculantibus pene a media nocte sparsi ignes passim micare: & ut lux appropĩquat ita coire ac se cõiungere

Gargara
Assona
Acaton.
Sigeum op.
Ida mons.
Scamander.
Simois.

uidentur donec magis magisq; collecti pauciores subĩde & una ad postremũ flã ma ardeãt: ea cum diu clara & ĩcẽdio simi lis effulsit cogit se ac rotundat & fit ĩgens globus diu is quoq; grãdis & terris adne xus apparet. deinde paulatĩ decrescens & quãto decrescit eo clarior fugat nouissime noctẽ: & cum die iam sol factus attollitur Extra sinum sunt Rhethæa littora a Rhe thæo & dardania claris urbibus Aiacis ta mẽ sepulchro maxĩe illustria. Ab his fit ar ctius mare nec iã abluit terras sed rursus: diuidẽs ãgusto hellespõti freto littus obui um findit facitq; ut iterꝝ terræ qua fluit la tera sint. Interius bithyni sũt & mariãdinei ĩ ora graiæ urbes Abydos & Lãpsacum & Parion & priapos. Abydos magni quẽdã amoris cõmercio ĩsignis ẽ Lãpsacum pho cæis appellãtibus nomẽ ex eo traxit: quod consulentibus ĩ quasdã terras potissimum tenderẽt responsum erat ubi primum ful sisset ibi sedem capescere. Tum rursus fit

Rhethæum littus & urbs. Dardania urbs.

Bithyni Mariandini Abydos. Lapsacu Parion. Priapos.

Granicus fl.
Propontis.
Cyzicus.
Cyzicus
Plagea.
Cylace.
Olympus.
Mysius fl.
Ryndaces.

apertius mare propõtis. In id Granicus ef
funditur pugna quæ primũ inter persas &
Alexandrum fuit nobilis. Trãsamnem se
det ĩ ceruice pene insulæ cyzicũ nom cyzi
cus ĩdidit: quem a Miniys imprudentibus
cum colchos peterent fusũ Aïce cæsũq; ac
cepimus. Post plagea & cylace parue pelas
gorũ coloniæ qbus a tergo iminet mons
Olympus. ut incolæ uocant. Mysius flum
Ryndaces ĩ quæ sequũtur emittit. circa an
gues nascuntur ĩmanes neq; ob magnitu-
dinẽ mõ sed ob id etiã mirabiles: q ubi in
alueũ eius æstus solemq; fugerũt emergũt
atq; hiãt superuolantesq; aues q̃uis alte &
perniciter ferãtur absorbent. Trãs Rynda
cũ ẽ dasilos: & quã colophonii colocauere
mysrela. Duo sũt inde modici sinus alter
Sine noĩe Chion ãplectitur phrygiæ haud
lõge iacentis opportunissimũ emporiũ al-
ter olbianos in promõtorio fert neptuni fa
nũ in gremio Astacon a megarensibus cõ
ditam. Deinde priores terræ iterum iacent

Dasilos.
Mysrela.
Sinus
Chion emporium
Olbianos
Neptunii fanum
Astacos.

exiturisq; ĩ pōtum pelagi canalis angustior Europam ab Asia stadiis quinq; distermi nat trhacius (ut dictum ē: bosphorus: ipsis in faucibus oppidum: ĩ ore tēplum est. op pidi nomē Chalcedon auctor Archias me garēsium princeps tēpli numē Iupiter cō ditore Iaso. hic iam se se ingēs pontus ape rit: nisi qua promōtoria sunt huc atq; illuc longo rectoq; limite extētus sinuatus cæte ra. Sed qa contra minus q̄ ad læuam & de xtram abscessit mollibusq; fastigiis donec angustos utrinq; angulos faciat: ĩflectitur ad formā scythici arcus. maxime ĩcuruus breuis: atrox: nebulosus: raris stationibus: non molli neq; arenoso circundatus littore uicinus aqlonibus. & quia nō profūdus ē: fluctuosus atq; feruens olim excolētium sæuo admodū ĩgenio axenus: post cōmer tio aliaꝵ gentium mollitis aliquātum mo ribus dictus eusinus. In eo primum Mari andynei urbē habitant ab argiuo (ut ferūt) Hercule datā heraclæa uocitatur. id famæ

Chalcedon op.
DE ponto.
Pontus
Axenus.
Euxinus.
Mariandynei
Heraclea.

fidem adiecit. iuxta specus ē achærusia ad manes (ut aiunt) peruius atq; inde unde ex tractum Cerberum existimāt. Tum thios oppidum milesiorum quidē colonia: sed iā soli gentisq; paphlagonum quorꝝ ī litto ribus pæne mediis promōtorium est carā bis. citra Parthemius āmis. urbes. Sesamus & Cromnos. & a Cytisoro phrisi filio posi ta cytoros tunc Cynolus & Colliris & quæ paphlagoniā finit armene. Calybes proxi mi clarissimas habēt Amyson & Synopen cynici Diogēis patriā āmnes Halin & Ther modunta secundum alyn urbs ē Lycasto a thermodonte cāpus in eo fuit Themiscy rum oppidum. fuere & amazonum castra ideo amazonum uocāt. Tabereni calybas attīgunt: q̄bus in risu lusuq; summū bonū ē. Vltra carabin mossini turres ligneas su beunt notis corpus omne persignāt ꝑpa tulo uescuntur promiscue cōcumbunt & palā reges suffragio deligunt uinculisq; & arctissima custodia tenent atq; ubi culpā

praue imperando meruere: i ædia diei to
tius afficiunt: ceterꝝ asperi inculti pernoxii
appulsis. Deinde minus feri ueꝝ & hi icõ
ditis moribus Macrocephali. Discheri Bu
xedi. raræ urbes cerasumpta & Traperos
maxime illustres. Inde is locus est ubi fi-
nẽ ductus a bosphoro tractus accipit: atqꝫ
ĩde se ĩ sinu aduersi littoris flexus attollẽs
angustissimum ponti facit angulum. Hic
sunt colchi. hinc Phasis erumpit. hic eodẽ
noĩe quo amnis ẽ atheĩstagora milesio de
ductum oppidum hic frixi templum & lu
cus fabula uetere pellis aureæ nobilis. hĩc
orti mõtes lõgo se iugo et donec Rypheis
cõiungantur exporrigunt: q altera parte in
euxinum et meotida et tanain altera in ca
spium pelagus obuersi Ceraunii dicuntur
iidem Aliubi: taurici: Moschi: Amazonici
Caspii: Corasici: Caucasi: ut aliis aliisue
appositis gentibus ita aliis aliisqꝫ dicti nõi
nibus At ĩ prĩo flexu iam curui littoris op
pidum est quod græci mercatores cõstitu

isse:& qa cum ceca tẽpestate agerẽtur igna
ris quæ terra esset Cygni uox notã dederat
Cygnum appellasse dicũtur. Reliq̃ eius fe-
ræ incultæq; gẽtes uasto mari assidentes te
nẽt. Menãclea Terrestrea Sexolitæ Coraxi
Cleptitophagi Heniochi Achei Certetici
etiã ĩ cõfinio meotidis sindones. In hænio-
chorꝝ finibus Dioscoras a castore & pollu
ce põtum cũ Iasone ĩgressis: Sĩdos ĩ sindo
nũ ab ipsis terrarꝝ cultoribus cõdita ẽ obli-
qua tunc regio & ĩ latũ modice patẽs ĩter
pontum paludemq; ad bosphorꝝ excurrit
quã duobus alueis ĩ lacum & ĩ mare ꝓflu
ens Corocãda pæne insulã reddit Quattu
or urbes ibi sunt Hermonos Saccephoe
Spana Corea: & in ipso ore Cimeriũ hac ĩ
gressos lacus accipit longe lateq; diffusus:
qua terras tãgit ĩcuruo circundatus littore:
qua mari proprior ẽ nisi ubi aperitur qua
si margĩe obductus citra magnitudinẽ ꝓ-
pe põto similis. Orã quæ a bosphoro ad ta
nain usq; deflectitur Meotici ĩcolũt Thae

Cygnus op.
Menanclea.
Terrestrea.
Sexolitæ
Coraxi
Cleptitophagi
Heniochi
Achei
Certetici
Sindones.
Dioscoras.
Sindos.
Cotacanda.
Hermonos.
Saccephoe
Spana
Corea.
Meotici
Thaetaes.

taes Erachi Phicores & ostio flumis proxi
mi xamathæ:apud eos easdē artes fœmine
quas uiri exercēt adeo:ut ne militia quidē
uacent. Viri pedibus inhærent sagitisq; de
pugnāt ille æquestre prœliū ineunt nec fer
ro dimicant sed quos laqueis intercepere
trahendo conficiunt/nubunt tamen. uerū
ut nubiles habeantur:non in ætate modus
ē nisi quæ hostē īteremere uirgines manēt.
Ipse tanais ex rypheo mōte deiectus adeo
preceps ruit:ut cū uicina flumina tū Meo
tis & bosphorus tum ponti aliqua bruma
li rigore durētur solus æstus hiemēq; iuxta
ferens idem semp & sublimis īcitatusq; de
currat ripas eius Sauromatæ & ripis heren
tia possident una gens aliquot populi & a
liquot nomīa primi meoticæ gmecrocatu
mænoe.regna amazonum fecundos pabulo:
at alia steriles nudosq; cāpos tenēt budini
gesomon urbē ligneā hītāt.iuxta thissage
tæ turcæq; uastas siluas occupāt alunturq;
